

## Sermo Primus

Sermones sancti Bonaventurae de  
sanctis in communi Et primo de Apostolis  
Sermo primus

### Apertio oculi

Quae videntur quae vos videtis  
Luc. x. dicit Anselmus  
in libro de veritate. quod  
ad visionem veram quatuor  
sunt necessaria. Primum est apertio  
oculi et super rem directio visualis radii.  
Secundum est praesentia obiecti Tercium est remotio ob  
staculi. Quartum est illuminatio medij.  
Nam quodcumque horum defuerit oculos vi  
dere non poterit. Ex his enim quatuor dominus  
loquens de visione apostolis duo ponit  
aperte in littera dans aperte per illam in  
telligere aliqua que non continentur in lite  
ra Nam certum est quod nullum inter eos me  
dium erat. sed omne remotum impedimen  
tum. quia ipsa vera lux aderat illuminans me  
dium. et quod visus aptus erat supra loquen  
tem dirigens radium vel aspectum In li  
tera vero opposita sive verbo tanguntur  
maxime duo eis superaddito premio Pri  
mo tangitur apertio oculi. Secundo praesentia  
obiecti Tercio excellentia premij ita quod duo  
prima respiciunt statum vie quod hic da  
rum est ad promerendum Tercium vero re  
spicit statum patrie quod datum est ho  
mini ad fruendum Notatur ergo apertio  
oculi. cum dicitur. oculi qui vident Notatur se  
cundo praesentia obiecti. cum addit. que vos  
videtis. Notatur tercio sublimitas premij.  
cum promittitur. beati. Dignum est enim ut  
ea que videnda sunt in via intuentur in pa  
tria sublimentur **B** Est ergo no  
tandum quod cum sanctis apostolis nostrae vie du  
cibus quatuor maxime videre debemus  
Unum quod est supra. alterum quod est  
infra. tertium quod est iuxta. quartum quod  
est supra. Nam primo supra nos debemus  
videre christum propter nos dimicantem sive  
nos adiuvantem. Secundo intra nos debe

mus videre peccatum sive potius carnis  
stimulum ad malum inclinante Tercio iuxta  
nos debemus videre primum delinquentem.  
Quarto infra nos debemus videre  
mundum ad peccatum allicientem. Debe  
mus ergo primo christum attendere nos iuvantem  
ut confidamus Debemus secundo stimu  
lum carnis attendere impugnantem ne for  
te cadamus Debemus tercio primum attē  
dere delinquentem ut ei condoleamus. et  
ut ab eius opere declinemus. Debemus  
etiam quarto mundum attendere vanescē  
tem et ad suas nos delicias inclinante ut  
deveremus. **D**ico primo quod  
solicite supra nos videre debemus domi  
num nos iuvantem ne in bello desperando ca  
damus. sed plenissime nos vincere confi  
damus. Si enim sicut dicit apostolus ad Romanos.  
viii. deus pro nobis quis contra nos Quis  
nisi stultus in bello timeat. si regem secum  
insuperabilem habeat. fortis est dyabolus  
cum quo bellat. sed fortissimus est christus qui  
adiuvat. unde et iacob. sicut dicitur Gen  
xi. viii. dum fugeret esau fratrem suum val  
deque timeret. vidit in somnis scalam sta  
tem super terram. et cacumen eius tangens  
celos et angelos dei descendentes per eas  
et dominum in summitate scale. Scala que stat  
super terram et tangit celum ipsa est peni  
tentia que in terra incipit sed ad celum pdu  
cit. super hanc angeli ascendunt et bono vo  
ta nostra quotidie offerunt Et quippe do  
minum desuper vidit in summitate scale. osten  
dit paratum ad adiuvandum. Unde bea  
tus stephanus dicebat inter inimicos po  
situs. Ecce video celos apertos et iesum  
stantem a dextris virtutis dei. et ait. Ec  
ce video celos apertos etc. ergo quis mi  
les nisi meticulosissimus hostem debilissi  
mum timeat cum adiutorem omnipotentem  
habeat. unde et Job. x. vij. Libera me do  
mine et pone me iuxta te et cuius vis ma  
nus pugnet contra me. Et similiter sanc  
tus prophetas in psal. Dominus illuminatio mea. et  
salus mea quem timebo Dominus pectoris vi  
N j

*Christus ass. pro d. d. d. d.*